

consul., praefect. | Libyae ac patricio², universam Maurusiam gentem, | provi[*dentia eius*]dem aeminentissimi viri The[*veste [civitas]*] a [*f*]undament. aedificata est.³

Theveste in arcu, extracto in honorem Severi et Iuliae Domnae, quo usi sunt aevo Byzantio cum nova moenia fierent (VIII 1865, cf. Eph. epigr. 3, 647). — 1) Initio periit signum crucis praemitti solitum inscriptionibus imperatorum inde a Iustiniano. — 2) De Solomone cf. Procop. Vandal. 2, 10—13. 19. 20; occisus est a. 545 (ib. 2, 24). — 3) Ad restitutiones moenium civitatum Africanarum sub Iustiniano spectant praeterea tituli VIII 101. 102. 259. 700. 1259. 2093. 4677. 4799. 8485. 8805. Eph. ep. 3, 799, in quorum plerisque nominatur idem Solomo.

832 P imperante d. n. piissimo ac triumphali semper Iustiniano p. p.¹ Aug., ann. XXXVIII², | Narses vir gloriosissimus, ex praeposito sacri palatii, ex cons. | atque patricius, post victoriam Gothicam, ipsis eorum regibus | celeritate mirabili conflictu publico superatis atque prostratis, | libertate urbis Romae ac totius Italiae restituta, pontem viae Salariae usque ad aquam a nefandissimo Totila tyranno destructum, purgato fluminis alveo | in meliorem statum quam quondam fuerat, renovavit.

³Quam bene curvati directa est semita pontis,
atque interruptum continuatur iter!

Calcamus rapidas subiecti gurgitis undas,
et libet iratae cernere murmur aquae.

5 Ite igitur faciles per gaudia vestra, Quirites,
et Narsim resonans plausus ubique canat.

Qui potuit rigidas Gothorum subdere mentes,
hic docuit durum flumina ferre iugum.

Prope Romam in ponte Salaris super Anienem strato (VI 1199 saepe descripta, primum ab auctore syllogae Einsidlensis, donec periit a. 1798). — 1) Perpetuo. — 2) A. 565 post kal. April. (ante nuntiatam mortem Iustiniani, qui decessit eo ipso anno d. 14 Nov.). — 3) Hic quoque a nonnullis auctoribus exhibetur signum crucis.

833 P_{ALTO} salvis dominis nostris christianissimis | et invictissimis imperatoribus | Iustino et Sofia Augustis¹, hanc munitionem | Tomas excellentissimus praefectus feliciter aedificavit.

Thibursici Bure (Tebursuk) provinciae Africae (VIII 1454 vidit Wilmanns). — 1) A. 565/578.

834 Χριστὸς Ἰουστίνῳ Σο[φίῃ] θ' ἀγνῆ βασιλίῳ
Τιβερίῳ¹ τ', ἐπὶ τοῖσιν ὀλ[ῆ]ς χθονὸς ἔτραπε κῦδος]
νεῦσεν ἀναστῆσαι τὰδε [τέλεια, κάλλος ἀμετρον].
Obtullit imperio praefectus

In Byzacio, non longe a vico maritimo Mhars, ubi fortasse fuerunt Macomades minores (VIII 10498 Tissot descripsit ad ectypum). Versiculos Graecos explevit Wilamowitz. — 1) Intellegitur Tiberius Constantinus, Caesar a Iustino dictus a. 574.